Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT VITA SANCTI GOARIS CONFESSORIS.

IN DIEBUS HILDOIBERTI REGIS FRANCORUM FILII HLODOVEI erat uir uenerabilis nomine goar homo aquitanicus cuius pater uocabatur georgius et mater eius ualera. Hic erat uir gloriosus aspectuq; decorus mente humilis corpore castus pietate in fide egregius in opere in uirtute summus. pdiis clarus cognitor secretorũ celestiũ pscius futurorũ. Qui continuatis diebus ieiuniis et orationib instans futura pnoscere meruit sacramenta. Hic in germanorũ oppida ueniens super fluuiũ renũ in tra terminũ uuasaliacense sub urbano treuerico. ubi fluuiolus quod uocata uocatur. una cũ consensu episcopi qui tunc temporis treuerorũ presul esse dinoscitur. qui nuncupat felicius ecclesiola fecit. multorumq; ibi reliquias scorũ collocauit. id est sce mariae matris dni. sciq; iohannis baptiste et xii duodecim apostolorũ xpi et aliorũ multorũ scorũ. Ibiq; ipse uir di scs goar die noctuq; do seruiebat in ieiuniis in uigiliis in multa patientia. in longanimitate in castitate in pura predicatione in oratione assidua in caritate non ficta iuxta apostolica precepta parma iustitiae a dextris et a sinistris in uirtute di Huic dns tantũ grãm concedere dignatus est. ut multi paganorũ puerbũ ipsius